

The Electronic Manipulus florum  
www.manipulusflorum.com

Spiritus sanctus b  
cum fonte primo

Spiritus sapiencie negligenciam impigre repellit, spiritus intellectus diligenciam rationabiliter querit, spiritus consilii diuinam prouidenciam prudenter inuenit, spiritus uirtutis instigationes fortiter retundit, spiritus scientie obliuionem lubricam diu esse integre non sinit, spiritus pietatis humanam fragilitatem clementer indulget, spiritus timoris Dei improvidam ignoranciam ardenter decoquit et bene replet.

Ieronymus super Marchum.

Spiritus sapientiae impigre negligentiam repellit; spiritus intellectus diligentiam rationabiliter quaerit; spiritus consilii diuinam prouidentiam prudenter inuenit; spiritus uirtutis instigationes fortiter retundit; spiritus scientiae obliuionem lubricam diu esse integre non sinit; spiritus pietatis humanam fragilitatem clementer indulget; spiritus timoris Dei improvidam ignorantiam ardenter decoquit ac plene replet.

Anonymus (Pseudo-Hieronymus),  
*Expositio euangelii secundum Marcum*,  
interpolatio 13 (CCSL 82, M. Cahill ed.,  
p.92, ll.131-137).